



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab Anno 361. Usque Ad Annum 395

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1758**

**VD18 90117786**

§. 19. Concilium Romanum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66032](#)

Sæculum IV. ab Arianis multa passus est. Orientales  
A. C. 382. in fine suæ epistolæ Occidentales hortan-  
 tur, ut in Spiritu unionis, & Charitatis,  
 deposito omni præjudicio, & affectu pri-  
 vato in omnia consentiant.

## §. XIX.

*Concilium Romanum.*

**Soz. VII.** At Orientales Occidentalibus non per-  
c. II. suaserunt, ut in articulo gravissimo,  
 nempe ordinatione Flaviani acquiecerent. Damasus Papa, & omnes Episcopi  
 Occidentis Epistolas suas Synodales ad  
 Paulinum, tanquam Episcopum Antio-  
 chenum direxerunt; Flaviano non scri-  
 pserunt, nec ultra cum Diodoro Tarsoensi,  
 & Acacio Bereensi communicarunt, qui  
 eum ordinaverant. Ægyptii quoque,  
 & Arabes Paulino adhærebant; at Syri, Palæstini, Phœnices, Armeni, Cappado-  
 ces, sicut plerique ex Galatia, & Ponto  
 ad Flaviani partes accessere. Hæc om-  
 nia sunt, quæ de isto Concilio Romano  
 scimus. Ex inscriptione epistolæ ad  
 Orientales videmus, S. Ambrosium, S.  
 Valerianum Aquileensem, S. Asculum  
 Thessalonicensem, & Anemium Sirmien-

**Hier. ep. 27.** sem interfuisse; aliunde autem constat,  
**ad Eustoc. c.**  
**2. ep. 16. ad** S. Epiphanius, & Paulinum Antioch-  
**Prim. c. 3.** num, comitante S. Hieronymo ex Orien-  
 te advenisse. S. Epiphanius apud Paulam  
 Matronam Romanam tunc nobilitate, &  
 exinde

exinde Sanctitate illustrissimam diversa. Sæculum IV.  
tus est; cum Paulinus quoque sæpius ad A. C. 382.  
cam inviseret, ingens solitudinis deside- Ep. 99. ad  
rium in mulieris animo excitarunt. Hye- Asell.  
me Romæ transacta, anno deinde sequen- OI. 11.  
ti in Oriente reversi sunt; at S. Hiero-  
nymus ferme annos tres ibi moratus est.

S. Ambrosius, cum esset Romæ, a Paul. vita  
Matrona ex ordine earum, quæ diceban- Ambr. n. 10.  
tur Clarissimæ, invitatus, ut in domum  
eius trans Tiberim veniret, ibi Sacrifi-  
cium obtulit. (\*) Mulier quædam bal-  
neatrix decumbebat paralytica, sciens  
que Ambrosium in illa domo esse, illuc  
in sella transferri voluit; tum S. Ambro-  
sio orante, & ægrotanti manus imponen-  
te, ipsa viri vestes tetigit, easque oscu-  
lata, repente sanata est, & ingredi cœ-  
pit. Paulinus, S. Ambrosio ab epistolis,  
qui hoc miraculum narrat, id se in ipsa  
urbe Roma post aliquot annos quorum-  
dam Sanctorum virorum testimonio di-  
dicisse ait. Hujus rei occasione discimus,  
non nunquam Sanctum Sacrificium in  
domibus privatorum fuisse celebratum.  
S. Ambrosius Romæ charissimam Sororem  
suam, S. Marcellinam, quæ ibi moraba-

X x 4 tur,

(\*) Exemplum Missæ privatæ! hoc ut elu-  
deret astutissimus Interpres Protestans addidit  
vocem feyerlich. Alwo er das Opfer der  
Christen feyerlich begieng.

Sæculum IV. tur, invenit; eadem ipsi ægrotanti  
A. C. 382. rorâ charitate inserviit; S. Ascolus The-  
 salonicensis quoque ad ægrotum invi-  
Ambr. ep. 15. summo decumbentis solatio, nunquam  
n. 10. enim antea eum viderat; ergo perven-  
 fæculi mores deflentes, mutuis lacrymis  
 sua vestimenta humetarunt.

## S. XX.

## S. Hieronymus Roma.

Hier. ep. 11. Sanctus Hieronymus in ista Romana con-  
 versatione S. Damaso Papæ familiaris  
c. 3. fuit, eumque in scribendis Epistolis ju-  
Ep. 99. ad vabat, & Rescriptis, quæ, pro consilio  
Asell. ap. rogatus, ad diversa Ecclesiarum Con-  
Hier. ep. 124. cilia dabat. Brevi tempore omnes S. Hir-  
144. 145. ronymum magni facere, ejusque mōrum  
Præf. in E- sanctitatem, humilitatem, & facundiam  
vang. ep. 145. amare cœperunt, omnes virum Episco-  
 patū dignum censebant. Damasus Papa  
 virum jam antea sæpius de variis Scri-  
 pturæ quæstionibus consuluerat, eum-  
 que ad emendandam latinam Versionem  
 Novi Testamenti hortatus fuerat, cum  
 ergo Hieronymum Romæ apud se habe-  
 ret, ut labores suos in S. Scripturam con-  
 tinuaret, auctor fuit. Illo tempore, quo  
 Romæ fuit, verosimiliter creditur, Tra-  
Ep. 142. 143. ctatum in visionem Cherubinorum Isaïe  
146. composuisse, & in Parabolam filii Prodi-  
 gi, quem utrumque aliis scribentibus di-  
 stavit, cum ipse oculis laboraret; item  
 versio-